



4

1

CODICEM CRITICUM
PANDECTARUM

INDICIT

JOANNES MELCHIOR GOTTLIEB BESEKE,
J. V. AC PHIL. D. JURUM PROFESSOR IN ACADEMIA
MITAVIENSI, REG. SOC. VIADR. NEC NON LATINAE
JENENSIS SODALIS.

P. 176.



BEROLINI,

IN COMMISSIS SIGM. FRIDER. HESSII.

Kb 2225

Subst. des. Prof. Nath. Holst. u. d. d. d. d.



COPIED FROM

ORIGINAL

BY

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



Benevole Lector,

Si quis esset masculae solidaeque iuris disciplinae studiosus, quem fugere posset, quantum calamitatis, inde ab ortu usque ad litterarum cuiuscunque generis restaurationem, iuris romani libris accidisset, quam corruptae fuerint leges ipsae, dum in manus imperitissimas scribarum, hominum, quorum operae mercenariae habebantur, unde quaerant, quomodo vitam degant indoctam, incidissent, quantum deinde a viris iure consultissimis, qui saniolem legum sensum e veriore verborum constructione eruere solent, operae adhibitum fuerit, ad corrigenda scripturae vitia, tam ope codicum varietatis, quae maxime in suspicionem corrupti textus inducunt, quam aliis, quae critices ars praebet, remediis, uberius differerem hic de diverso medicinae genere, quod sanando legum corpori

aegrotō afferre quid cuiusque artis perito hucusque esset visum. Non igitur est, quod historiam illius corruptelae enarrem, aut curationem hanc describam. Magis ad rem est, indicare, quam arduum sit critici munus, quod tribus potissimum absolvitur, genuina scilicet a supposititiis atque adulterinis seiungendi, emendandi vitiosa, obscura interpretandi, ad restituendum textum romanum, praecipue illum pandectarum, quousque fieri potest, sanum et incorruptum.

Supposititorum duplex genus est; alterum ex Tribonianismis, sive, emblematis Triboniani consistit, dum hic cum sociis suis minus bene in antiquo iure posita mutaret, superflua tolleret pro eorundem temporum varia ratione, quae minus perfecta habita fuerint ordinaret, et denique ubique adderet vel detraheret, prout necesse visum fuerit. Alterum in iis consistit, quae e margine in textum irrepserunt, quod facile accidere potuit, festinante librario, marginalia, proxime ad textum scripta, cum eodem contexta una ferie scribente.

Vicia

Vitia quoque duplicis generis sunt; alia auctoris, alia scribae. Auctoris certe apprehendes quaedam, licet pauca, quia errare non inhumanum censetur: scribae plurima sunt, quibus expurgandis semper frequens Ictorum adfuit senatus. Quamvis autem multi magni viri, quovis tempore emendando textui operam dederint, tamen semper recentiores Icti opus nondum perfectum agnoverunt, et noviter adhuc detecta ex suo penu addiderunt. Quod genus emendandi scribarum vitia valde artificiosum est, variisque modis absolvitur, quos enumerare malo, quam describere.

Primus scilicet emendandi modus est textus restitutio per *interpunctionem*. Hoc modo feliciter *Jac. CULACIUS*, *Rad. FORNERIUS*, *A. AUGUSTINUS*, *NOODTIUS*, aliique usi sunt, ad distinguenda verba una serie continua, more antiquo, conscripta et inter se contracta.

Secundus est, literas, voces, sententias per ἀναδίπλωσιν restituendi, quae propter scripturae compendium semel scripta sunt, cum

o

bis scribenda legendaque essent. In hoc corrigendi modo omnes fere criticae artis amatores plurimum versati sunt, et iure quidem, quia ista scribendi ratio antiquis valde erat usitata, qua non rite observata a scribis innumera commissa sunt vitia. Nemo fere Ictorum est, quin ex sua parte detexerit, quae a nullo praecedente detecta erant; inter omnes tamen eminent *Jo. Guil. HOFFMANNUS* et *Joh. Conr. RÜCKERUS*, qui huic geminandi negotio potissimum sese dedisse mihi videntur.

Tertius emendandi modus vocatur *transpositionis*, qua trajectiones, sive *ισερολογία* litterarum, vocum et sententiarum, quas in pandectis florentinis non minus quam in aliis pandectarum codicibus observare poteris, in pristinum ordinem rediguntur. Inter ceteros eminent *A. AUGUSTINUS*, *Ger. NOODTIUS*, *Corn. BYNCKERSHOEKIUS* et *J. CANNIETTERUS* in hac critices parte.

Quartus emendandi modus in mutatione litterarum et vocum consistens totus fere arbitrarius est, eoque periculosior, ita ut plurimi

rimi ICTi modeste ab illo abstinuerint. Ad hanc verborum mutationem pertinet *conjectura* illa, qua interpretes ex suo tantum ingenio aliud pro alio substituit, dummodo textus, legis ratio, analogia iuris, graeca versio, variansque lectio id suadeant. Nemo hac in corrigendo iure via incedere potest, nisi sit sane doctus atque modestus interpretes. Quapropter, si quid unquam in restituendo pandectarum textu peccatum est a criticis, sane in hoc uno est. Nemo ICTus a conii- ciendo sese abstinuit, omnes fere hac ratione veterum iuris conditorum scripta emenda- runt, sed tamen non omnes eodem successu, quod in *A. FABRO* videre est, qui nimis fa- cilis in adhibenda medela hac erat, ita ut qui hunc secutus fuerit, magis urendo secando- que textui quam emendando advolaverit. Feliciores in conii- ciendo erant, *Jac. CUIA- CIUS, Rad. FORNERIUS, Nic. CATHARINUS, Corn. BYNCKERSHOEKIUS, Ger. NOOD- TIUS, Joa. WATERUS, Geo. ARNAUDIUS, Jo. CANNEGIETERUS, alii.*

Quintus modus versatur, cum in addendo temone, i. e. lineola (—) voci subscripta, quae indicare solet, literas *m*, *n*, *r* adeoque syllabas vel addendas, vel duplicandas esse, deinde in adponenda adspiratione, quae facpius a librariis omissa est, scribentibus *is* pro *his*, aut pro *haut*, et vice versa. Eius generis plurima vitia observavit *Guil. BESTIUS*, et passim correctores iuris nostri; tum denique in subintelligendo ea verba, quae in continua oratione omissa fuerant, quale genus non minorem criticis dedit haesitandi occasionem.

Sextus emendandi modus est per explicationem siglarum notarumque, quae, nisi plane arbitrarie finguntur, cum probabilitate assumtae, accedente alius codicis auctoritate multum luminis afferre solent. Praeter *Val. PROBUM*, *MAGNONEM*, et *P. DIACONUM*, qui notas veterum collegerunt explicaruntque *CUIACIUS*, *HOTOMANNUS*, *NOODTIUS*, *DUIRSEMA* et potissimum *J. CANNegieterus* nonnumquam felicissimo successu iis sunt vsi; licet non negandum est
cum

cum *BYNCKERSHOEKIO*, valde lubricas esse eius generis coniecturas, non tamen, uti hic credit, plane reiiciendas tamquam inanes arbitror.

Quod denique ad eorum, quae obscura sunt, interpretationem attinet, saepius interpreti incumbit, mox ad verborum significationem, vim potestatemque respicere, quae pro diverso tempore et loco valde diversa esse solet, sed etiam ad locum, in quem lex sive fragmentum veteris iuris auctoris collocatum est, quo transposito leges, uti dicuntur, fugitivae oriuntur, quae suo loco reponendae sunt, ut earum rite fieri possit explicatio. Ad fugae eiusmodi suspicionem multum confert legum inscriptio, quae ante omnia inspicienda est, nisi quis falli in eruendo sensu velit.

Quod ultimo loco ponitur, aut potius primo loco ponendum est, refugium illud salutare ad Basilicorum graecam versionem, cuius ope saepius multae pandectarum maculae, erroresque felicissimo successu sunt sublati. Non tamen nimis eorum auctoritate

niti debere censuerunt viri docti, quia nonnumquam compilatores librorum illorum legum mentem plane non percepisse innotuit, ita vetat *SCHRODERUS*, *VRyhOFIUS*, aliique. Nihil dicam de particula illa, quam salutarem vocant critici, negationis, cuius ope nonnulli in iure enucleando miracula edi posse crediderunt.

Atque haec quidem sunt ista emendandi media, quibus in re critica versatissimus quisque uti, quaeque adhibere solet libris nostris corruptis, praesertim pandectis. Illae istae enim scatent vitiis innumeris, quae omnia ut absint bonus quilibet ICtus optare quidem, non tamen ipse corrigere, aut a quoquam ut plane abolita desiderare potest. Quis enim unquam fuit, qui, verae librorum nostrorum originariae rationis gnarus, a quoquam ICto exspectaret, ut eiusmodi *u-
stapiv* pandectarum institueret, ut nihil restaret minus recti, aut commodi, aut clari, quis umquam a tali centone, quale corpus pandectarum est, id genus desideraret. Ast disiecta membra, a tot tantisque ICtis multa
cura

cura et diligentia integritati suae restituta, in unum corpus conferri quis est, quem nullum eius rei capiat desiderium, potissimum si librorum copia careat eorundem, qui non modo corpus aegrotum indicant, sed adlata etiam medela apte solent sanare. Praeterquam haec horum librorum tanta est copia, ut instructissimam bibliothecam multo aere comparatam desiderares, si evolendi criticorum opera nancisci velles occasionem, quod tamen raro cuiquam Nostratum datum esse solet, eoque minus, quo maior hodie literarum cumulus est, quoque difficilior pro temporum longinquitate ista ex antiquitate censetur collectio.

Tale quid iam novem et quod excurrit annos in animo fuit, cum diligentius eos libros, qui arti criticae inserviunt, evolverem, et non desideravi solum vehementer eiusmodi corpus ab omni macula, quantum fieri possit, purgatum, sed simul manum adhibui ad colligendas *observationes*, *coniecturas* et *emendationes*, quae ad restituendum pandectarum textum conferunt, et ab optimo quo-
vis

vis provenerunt critico, five ICTus fit, five tantum romanae linguae studiosus. Operi huic deditus in diem observavi, quantum detrimenti cuilibet recentiori critico acciderit inde, quod non plurimorum, qui ante illum scripserint, haberet copiam. Quapropter eadem centies repetita sunt, centies observata, iterum observata, longe meliora ab aliis dicta iterum depravata. Agedum! finem imponamus vago huic studio, et colligamus omnia, quae inde ab incunabulis artis criticae, etiam iuris arti maxime salutaris, usque ad nostra tempora ad emendandum pandectarum textum collata sunt, et demus, cuiuslibet integritas verborum et sensus legum curae cordique est, quo inspicere et uti possit, quicquid boni rectique dictum aut indictum hucusque fit.

Habebis igitur, B. L. si placet, absolutissimum *codicem criticum Pandectarum*, ex collectione observationum, emendationum, coniecturarum probatissimi cuiusque auctoris enatum, absque tamen eius lectionis variantis indicio, quae nihil ad critices usum

aut

aut contulit, aut non potuit, excepta editione castigatissima pandectarum *Jacobi VINTIMILLII* Parisiis apud Carol. Guillard, viduam Claudii Chevallonii, et Guil. Desbois. 1550. (cf. Brenkmanni hist. Pand. p. 268) cuius cum Gothofrediana, Florentina et Haloandrina editione institui collationem diligentissimam et ab his tribus notavi diversitatem; Castigatissimam Vintimillii editionem nomino, quia, uti in praefatione Vintimillius ait, in Italia emendationes collegit de Pandectis Florentinis fere sexcentas, quas velut Sibyllae folia sparsas, tum ab amicis Taurelli Metellique corraferat, tum a doctissimis etiam viris aliunde corrogaverat, easque cum libris suis adaptavit. Habemus iam tale quid simile in *GEBAUERI* corpore iuris praestantissimo, qui lectionem florentinam cum Haloandrina, vulgata et nonnullorum Mstorum lectione cumulavit. Quare si quid de codicum aut editorum aut scriptorum *varietate* differendum sit, adeas velim Gebaueri editionem, non codicem meum; contra si *observationes, coniecturas, emendationes* desideraveris, adeas meum codicem;

dicem; frustra enim quaeres Gebauerum, exceptis prioribus libris pandectarum.

Quodsi vero quis credere possit, a Gebauero iam satis ex critica arte margini adscriptum esse, illum plane nescire censeo, quantum adhuc desit, quo possit opus nominari absolutum. Neque ego quidem illius viam incedere volui, sed dato suo cuique, vulgatam lectionem prout a *Sim. van LEEUWEN* Amstel. 1663. edita est, secutus, suo ordine collocavi, quicquid emendationis textus huius vulgati deprehenderem.

Sed tamen non est, quod plura verba faciam. En potius hic, B. L. specimen formae codicis mei critici, si quid ex minutissimo fragmento ad totum corporis habitum licebit colligi. Quo inspecto atque cum Gebaueri pandectarum editione collato ipse iudex sis, quantum ad perficiendum opus coeptum contulerim, aut si mavis, quam alienus sit labor meus a Gebaueriano.

Sumam tres titulos continuos, eosque tales, qui non eiusmodi momenti sunt, ut plurimi Icti elegantiores ad illos emendandos

dos advolaverint; quanto magis aliis maioris momenti titulis critica manus adhibita sit, ex aequo et bono iudices, et in his ampliore emendationum, coniecturarum, observationumque recensum expectes rogo.

Liber XLVII.

Tit. X. de iniuriis et famosis libellis.

Lex I. pr. — Interdum iniquitatem, iniuriam dicemus. nam cum [quis] inique vel iniuste sententiam dixit, iniuriam ex eo dictam — *J. CANNEGIETERUS Coll. L. L. M. et R. p. 192.* sic corrigit et exponit: *interdum iniquitatem* (quamcunque) *iniuriam dicimus*: NM h. e. *non minus* (quam) *cum quis* (praetor aut iudex) *inique vel iniuste sententiam dixit. Iniuriam ex.* (id est *existimo*, vide MAGNONEM) *ex eo dictam*, quod —. Contra Cannegietorum disputat KOEHLERUS *Verosimil. Cap. XII. §. 7.* qui nonnisi interpunctione mutata, et insuper vocula, quam praecedens syllaba facile elisit, addita legit: *interdum iniquitatem iniuriam dicemus: nam cum quis inique vel iniuste sententiam dixit*: Eandem interpunctionem VINTIMILLIUS habet, modo legit *dicimus* — et postea *dixerit. ex eo iniuriam dicam* —

l. i.

l. 1. §. 1. — inferuntur, convicium fit.

ANONYM. Obf. XX. geminando primam syllabam vocis CONVICIUM legit, *inferuntur, cum convicium fit.* Vulg. exhibet, *ut cum convicium fit.* F. CANNEGIET. *Tit. Corp. Vlp. p. 67.* legi vult, *convicium si fit*, vitio a scriba proveniente.

l. 5. §. 1. — cum dolore caedere.

H. CANNEGIETERUS *Comm. ad Fragm. vet. Iurispr. cap. VIII.* corrigit *cum dolone.*

l. 7. §. 2. — si sua puta si fervilis —

NOODTIUS I. Obf. 16. legit *si summa*, et id quidem ex scripturae compendio *si suo*; quod non probatur WIELINGIO II. *Lect. iur. c. XI. §. 2.* qui verba *si sua* eliminanda censuit. NOODTII crisin probat H. CANNEGIETERUS *Comm. ad fragm. vet. Iurispr. c. VI. ROEVERUS Specim. ad loca quaed. iur. deprav. in Thes. Oelrich. p. 153.* mavult *si saeva.* F. CANNEGIETERUS *Collat. LL. M. et R. p. 226.* probat Noodtii crisin, sed in *Tit. Corp. Vlp. p. 138.* credit vindicari adhuc posse lectionem receptam. Etiam TROTZIUS I. *Mem. prop. c. 9.* Noodtii coniecturam probat. VINTIMILL. exhibet, *puta si fervilis*, et omittit *si sua*, ob cuius auctoritatem lubentius adstipulor Wielingio, potissimum quia mihi vero est simile, librarii festinantis calamo hoc vitium excidisse, qui, cum audiret

ret

ret *pura si*, repeteret et scriberet prius *si sua*,
ob soni similitudinem.

l. 7. §. 4. — iniuriae factum fit —

Abr. WIELING II. Lect. c. XI. §. 2. notat vitiose alibi legi *dictum* pro *factum*.

— §. 8. — et in conspectu. nam Praetoris in conspectu —

CUIACIUS Lib. V. Pauli Sent. Tit. IV. et Lib. IX. Obs. 16. pro praetoris rescribi iubet *Populi Romani*, erroremque ex siglis PR. ortum censens. *FORNERIUS I. Select. 21.* Contra sentit *MARKARTUS II. Probabil. 34.* *VINTIMILL.* edidit, et in conspectu praetoris. Nam in praetoris conspectu —

l. II. §. 4. — si in hoc te conduxerim —

Fr. HOTOMANNUS VII. Obs. 10. reponendum censet vel *perduxerim*, vel *induxerim*.

— §. 7. — vel convicii non impudici dictio cur patrono —

Ita quoque *VINTIMILLIUS. ARNTZEMIUS Miscell. XV.* vero laudat cod. vet. qui exhibet, vel *convicium non impudicum cur patrono* —

— — si autem conliberto nupta esset —

Idem cod. vet. *ARNTZEMII* habet *cum liberto*, quam loquendi rationem ex *TERENTIUS Phorm. II. I. 74.* ubi *nuptam cum filio suo* vindicat et probat.

l. II. §. 7. — non tantum eas iniurias — exequi
non posse — sed ne eas quidem —
Idem cod. vet. et aliae editiones, quae ad
manus ARNTZEMIO erant exhibere dicit,
*non tantum iniurias — consequi non posse —
sed nec eas quidem —*

— §. 9. — adversus dicentem se dominum —
Cod. vet. ARNTZEMII habet, *adversus di-
centem servum* — Ed. vet. ab eodem ARN-
TZEMIO l. c. laudata exhibet, *adversus dicen-
tem se servum* —

l. 13. §. 4. — quamvis hoc contumeliae causa faciet.
Fr. HOTOMANNUS VII. *Obs. 10. et Obs. 20.* cor-
rigit, *quia non contumeliae causa faciet.* Hunc
reprehendit JAUCHIUS *de Negat. Pand. Cap.*
XIV. Sect. I. n. 21. Cod. vet. ab ARNTZE-
MIO laudatus habet *faciat*, quod probat.

— §. 5. — contingeret legatio — — onus
Duumvir —
Cod. vet. et edit. vet. ab ARNTZEMIO lau-
dati exhibent *locatio* — *Duumviri* — quod
ARNTZEMIUS probat. Etiam VINTIMIL-
LIUS habet *locatio*.

— §. 7. — vel everriculum —
Vet. edit. Pand. ab ARNTZEMIO laudata
habet *diverticulum*. Ita quoque habuit Bu-
daeus quod *Comm. ad Pand. h. 1.* mutavit in
everriculum.

l. 15. §. 4. — vel a conventu.

H. CANNegiETERUS III. *Obs.* 9. corrigit
vel a conventu.

— §. 15. Si igitur non matronali — abduxit;
iniuriarum tenetur.

JAUCHIUS *de Neg. Pand. cap. IV. n. 73. et c. XVII. nr. 36.* affirmative legit, *si igitur in matronali* — BYNKERSHOEKIUS IV. *Obs.* 25. contra *Vulg. et Hal.* quae *eo* non post *iniuriarum* inferunt interrogative legere vult, — *iniuriarum tenetur?* VONCKIUS *Spec. Crit.* p. 124. negative legit, *iniuriarum non tenetur*, aut quod alii, uti dicit, praeferrunt, *in matronali.* Des. HERALDUS *Obs.* XII. coniectura adiuvat hoc modo, *abduxit, vix iniuriarum tenetur*, quasi delitescebat particula *vix* in postremis literis verbi *abduxit.* VINTIM. legit, *abduxerit: iniuriarum tenetur.*

— §. 22. — affiduo enim —

VINTIM. *affidua etenim* —

— §. 28. — id est, et quodcumque.

VIMTIM. *id est, ut quidque.*

— §. 35. — video dominum —

SENNETONII teste HOFFMANNO *Meler. ad Dig. diff. XXXI. §. 6.* legunt, *iudico dominum*; ipse unica literula deleta legit, *ideo dominum.*

l. 15. §. 35. — quaestione fieret —

VINTIM. *quaestionibus adficeret.*

— §. 46. — damnum pertineret culpa —

VINTIM. *damnum pertinet culpa —*

— §. 47. — verberatus fit vel quaestio —

VINTIM. *verberatus fit quaestione.*

l. 16. Sed non esse aequum — portiones aestimandae.

Jac. CUIACIUS VI. Obs. 15. legi vult, sed non esse iniquum, — Ita iam ACCARIUS indicaverat, qui etiam peritones reposuit pro portiones. HOTOMANNUS VI. Obs. 15. mavult praestaciones. Contra CUIACIUM est VOORDA Interpr. et Emend. c. 18. qui legem sine emendatione explicat.

l. 17. §. 2. — dominum eius agere posse —

HOTOM. VII. *Obs. 10. notas LA deesse censet, inde restituit, dominum eius agere posse Lege Aquilia.*

— §. 3. — levis nonnullius momenti —

Contra HALOANDRUM, HUGONEM a PORTA, CHEVALLONIUM, qui ediderunt, *leves et nullius momenti*, (ita quoque VINTIM) item contra CHARONDAE in *not. margg. ad h. l. coniecturam leves non nullius momenti lect. rec. defendit ANONYM. Obs. 22.*

l. 17.

- l. 17. §. 4. — facultas praestare ei servum —
 VINTIM. *facultas praestandi servum.*
- §. 13. — ad suam utilitatem —
 P. FABER I. *Semestr.* cap. 10. reponit *utilitatem*, idque, uti dicit, cum florentina et Accursio.
- l. 18. §. 3. — et ideo iniuriarum habeo —
 VINTIM. *et ideo iniuriarum habeo actionem.*
- §. 4. — nec transferri per personae putationem —
 VINTIM. *nec transferri personae putatio.*
- l. 23. — quamvis in ius vocati —
 IDSINGA *Varior.* c. 8. mavult, *in ius vocandi*. Contrarius huic est ARNTZEMIUS *diff. ad l. 2. D. de in ius voc.* et provocat ad VOORDAM. *Interpret.* c. XXXII, *vocatus summentem pro vocando.*
- l. 33. — venerandae causa —
 BUDAEUS h. l. reponit *vindicandae causa.*
- l. 35. — Praetor acriter —
 Ant. FABER IV. *Conj.* 8. ex notis, *Prae.* aut *Praef.* coniiicit legi debere, *praefectus acriter*. Contra hunc lect. rec. defendit NOODT. I. *Probab.* 6. Etiam WAECHTERUS *Opusc.* p. 207. lect. rec. tuetur.

l. 43. — ordinis amotionem —

CUIAC. *ad Pauli Lib. V. Sent. Tit. 4. §. u.*
invenit *amissionem*, sed tuctur *amotionem*.

Tit. XI. De Extraordinariis Criminibus.

l. 1. §. 1. — si quis fimo —

KIRCHMAIERUS *Opusc. de Lat. Dig. Diff.*
IV. c. 3. §. 5. de fimo differit.

— — quodve aliud —

VINTIM. *quidve aliud*.

— §. 2. — in insulam deportantur —

VINTIM. *in insulam deportatur*. In princ.
huius leg. et §. 2. Manum Triboniani quos-
dam suspicari notat WISENBACHIUS
Embl. h. l. Contra eos est WYBO in Tribon.
def. h. l. et ad Pauli fragmentum lectorem
remitit, in Lib. V. Sent. Tit. 4. §. 5. et 14.
BYNKERSH. hanc legem exponit.

l. 2. Vlpianus lib. IV. Opinionum.

Marq. FREHERUS II. *Parerg. 2.* suspicatur
hanc legem ex Vlpiani libris de officio Pro-
consulis desumptam fuisse, nunc quasi ex li-
bris opinionum laudari, quod siglas OP ma-
le acceperint architecti. Improbatur NOORD-
KERKIUS *Obs. Dec. p. 13.*

l. 5. pr. — expectant: ne annona —

VINTIM. *ne abest*.

l. 10. — arborem sycaminonem — Chomata etiam.

VINTIM. arborem sycaminon. Rad. FORNERIUS V. Rer. quot. 5. codicum lectionem in quibus *chomata* scriptum est praefert iis, ubi *commata* GROTIUS Flor. spars. h. l. mavult *commata*.

N. Apud VINTIMILLIUM lex 7. continet leges 8. 9. et 10 ita ut lex 11. sit octava.

Tit. XII. De Sepulchro violato.

l. 3. pr. — aedificiumve aliud quamque sepulchri —

LIPSIUS V. Epist. 18. restituit *quam de sepulchri* — quod probat LEONINUS II. Emend.

10. ANON. Obs. 15. mavult, *quam quo sepulchri*, accipiens *quo pro quod*. J. CANNEGIET. Tit. Corp. Ulp. p. 98. emendationem Anonymi superfluum censet. MEURSIUS de funerib. p. 178. reponit, *quisquam quod sepulchri causa*. H. CANNEGIET. II. Obs.

3. mavult, *quam quod sepulchri causa*.

— §. I. — cessabit eiusdem personae. Igitur —

HAL. edidit, *cessabit in eiusdem personae persona*. Personae igitur — ita quoque ACCURSIUS testatur legi in aliis libris, ita quoque VINTIM. et probat LEONINUS II. Emend.

10. CUIAC. VI. Obs. 22. interpunctione solum mutata legit: *cessabit eiusdem. Personae igitur*. Idem Quaes. Papin. lib. VIII.

h. l. legi iubet: *cessabit eiusdem edicti* (scil. poena, ius, iudiciumque). *Personae igitur*. HOTOM. VI. *Obs.* 15. mavult, *cessabit in eius persona*. J. van NISPEN *diss. de sepulchro viol.* ingeniose coniicit: *cessabit*. *Eiusmodi personae igitur*. MARCKARTUS II. *Prob.* p. 177. coniicit scriptum fuisse, *cessabit eius edictum*, vel *cessabit edictum*. *Personae igitur*. ARNAUDIUS II. *Var. Conj.* c. 7. non laudato Markarto etiam legit, *cessabit Edictum*. *Personae igitur* — cuius conjectura admodum placet ANONYMO *Obs.* 15. qui tamen mavult, *cessabit eiusdem persecutio*. *Igitur* — WIELINGIUS II. *Lect.* c. 9. §. 5. ope Basilicorum *μεταδίκου* utitur hoc modo: *eiusdem personae* (scil. violatoris) *cessabit* (nempe edictum). *Igitur* — BONDAM I. *Var. lect.* 1. cum codice Zutphanienfi legit: *cessabit eiusdem* (scil. edicti) *poena*, credens vocem *poena* facile commutari potuisse cum *psona*, ita scilicet *π* per scribi solitam fuisse unica litera *p* cum lineola transversa. SCHRODERUS III. *Obs.* 14. nihil mutare vult, sed solummodo post vocem *cessabit* interpungit et deinde uno tenore legit: *Eiusmodi personae igitur doli* — H. CANNEGIETER *Obs.* II. *nr.* 6. ope notarum succurrere vult: *cessabit eiusdem P. Personae igitur* — et provocat ad codicem Zütphaniensem, aut si quis mallet,

mallet, reponi posse credit, *eiusdem* P C, h. e.
pecunia confiruta.

— §. 4. Divus autem Marcus —

VINTIM. *Divus tamen Marcus* —

— §. 5. — suam vim obtinere —

Fac. GOTHOFREDUS *ad l. 6. C. Th. de sep. viol.* emendat *summam vim.* WIELING. II. *Lect. c. 9. §. 6.* flor. lect. contra Baudozam et Gothofr. tuerur. Ita quoque NOORDKERK. *Obs. Dec. 5.* id tantum mutat, ut a verbis *post rescripta*, usque ad, *loco valere*, cum signo interrogationis legat, aut transposita copula *et* a verbis *et oportet imperialia* ad verba *quia generalia*, hoc modo *Et quia generalia sunt rescripta, oportet* — priorem tamen emendationem ipse praefert. VOORDA *Interpret. et Emend. c. 29.* nulla aliorum emendationis facta mentione interpungendo corrigendum statuit hoc modo: *quia generalia sunt rescripta. Et oportet imperialia* —

— §. 9. — *in id, quod uniuscuiusque.*

VINTIM. *in id, quod cuiusque.*

l. 5. — iter eius aditus —

CUIAC. XIII. *Obs. 36.* notat alios habere, *iter eis aditus*, alios vero malle *itus aditus*, sed florent. lect. servat una literula adjecta, *iter et ius aditus.* Idem hoc repetit *Quaest. Papin h. t.* idque ex antiquis inscriptionibus

confirmat. *VINTIM. iter ei aditus. Facile
 et mutari potuisse credo in ei; si igitur
 quis hanc lectionem sequi velit, coniecere
 potest in archetypo extitisse et. Alii libri
 forsan eius efformarunt, quasi scriptum fuerit
 ei. quod explicarunt eius, cum legere de-
 buissent et.*

l. 7. — non contactis —

BUDAEUS invenit *CONTRACTIS*, et repo-
 suit *conrectaris* aut *contactis*.

Haec pauca sufficiant, B. L. quo videre
 possis, qua forma interna editurus sim codi-
 cem meum criticum. Credideram equidem,
 fore, ut hisce nundinis Lipsiensibus te cer-
 tiorem facere possim, qua ratione aut modo
 uti velim, ad codicem hunc edendum, sed
 partim impeditus fui, partim satius duxi, an-
 te quam editionis modum indicerem, et ex-
 spectare, quanti bonus quisque vir atque rei-
 publicae nostrae literariae civis hunc meum
 laborem habiturus sit, et videre, utrum ex
 meo iudicio aestimetur causa, an in contra-
 riam sententiam pedibus eatur, et tum de-
 mum, meliorem partem secutus, proferre
 quid lubeat, aut Bibliopolae, si scilicet quis-
 quam

quam pro hodierna, in Germania potissimum, temporum calamitate alicubi inveniri poterit, tradere manuscriptum codicem, aut praenumerationis viam ingredi ad excudenda tot exemplaria, quot praenumerantes pecuniam. Magis vero in voto mihi est, ut Bibliopola bona sua officia mihi offerat; quodsi autem nullus omnino extiterit, ipse curabo, modo non contra me pronunciatum fuerit, ut nanciscaris huius libri copiam.

Atque ut etiam apertum sit, B. L. me nihil tibi tacere, ecce indicem auctorum, quorum, ut cum *VINTIMILLIO* loquar, benedicta, velut Sibyllae folia, sparsa corrasi. Tu vero certo tibi persuasum habeas, me nullum auctorem, a quo quid codici adlatum iri tantum suspicarer, praeteriisse, sed omnes omnino, quorum recensum ullo modo reperire possem, non solum in bibliotheca Lippeniana, sed etiam in Catalogis Bibliothecarum instructissimarum, aut inter legendum libros criticos, me evolvisse scriptores.

Index auctorum, quibus in conficiendo codice meo usus sum, hic est:

I. An.

1. *An. AUGUSTINI* Emendat. et Opinion. libri IV. in Thef. Otton. T. V. p. 678.
2. *Henr. Jo. ARNTZEMII* Miscellan. liber. Traj. ad Rhen. 1765.
3. *Andr. ALCIATI* Opera IV. Tomi. Francof. 1617.
4. *Hier. van ALPHEN* Spicilegia de Javoleno Prisco, ICTo, et specimen Observationum ad quaedam eiusd. fragm. in Pand. obvia. Traj. ad Rhen. 1768.
5. *Joa. ALTAMIRANI et VELAZQUEZ* Comm. in prior. XIII. libros ex XX Quaest. Q. Cervidii Scaevolae. in Thef. Meerm. T. II.
6. *Geo. d' ARNAUD* Variar. Conject. libri duo. Franequ. 1738. 4.
7. *ANONYMI* Observationes iur. civ. rom. liber singul. Hag. Com. 1743.
8. *Jos. AVERANIUS* Interpretationum Iuris libri duo. Lugd. Bat. 1716.
9. *Ej.* Opus posthumum continens Interpret. iur. libros tres posteriores. Lugd. B. 1746.

10. *Pet. AVELLANI* loci restituti vel explicati. in Thef. Ott. T. I. p. 462.
11. *Fer. ADDUENSIS* Explicationum libri duo. in Thef. Ott. T. II. p. 497.
12. *Henr. BRENKMANN* diatr. de Eurematicis. Lugd. Bat. 1711.
13. *Ej.* Pandectae iur. civ. restituti. Amst. 1709.
14. *Guil. BEST* ratio emendandi leges. Lipsf. 1745.
15. *Ej.* Coniecturae quaed. ex iure civ. Traj. ad Rhen. 1704. Thef. diff. Oelrich.
16. *Barn. BRANCHU* Observationes. Lugduni. 1721.
17. *Corn. van BYNKERSHOEK* Observationum Iuris Rom. quatuor libri priores. Fr. et Lipsf. 1739.
18. *Ej.* Observation. Iur. Rom. libri quatuor prioribus additi. Fr. et Lipsf. 1739.
19. *Ej.* Opuscula varii argumenti, ex edit. Conradi. Halae. 1729.

20. *Petr.* BURGII Electorum liber. In Thef. Otton. T. I. p. 309.
21. *Petr.* BONDAM Variar. lect. libri duo. Zütphaniae. 1759.
22. *Guil.* BUDAEI Annotatt. in Pandectas. Basileae. 1577.
23. *Jac.* CURTII ΕΙΣΑΓΩΓΗ f. Coniecturalium libri sex. Thef. Ott. T. V. p. 89.
24. *Ant.* CONTII Lectionum subsecivarum libri duo. In Opp. Parif. 1616.
25. *Rainaldi* CORSI Indagation. iur. libri tres. Venet. 1568.
26. *Nicol.* CATHARINI Observation. et Conject. liber. In Thef. Otton. T. I. p. 483.
27. *Ej.* Observat. et Conject. libri IV. in Thef. Meerm. T. VI.
28. *Geo. Conr.* CRUSII Diatr. ad l. 40. D. de hered. instit. in Thef. Ott. T. I. p. 661.
29. *Ludov.* CHARONDAE ΠΕΡΙΔΕΙΞΗ f. Verifimilium libri tres in Thef. Otton. T. I. p. 673.

30. *Ej.* ad Tit. D. de Verb. Obl. in Thef. Ott. T. I. p. 810.
31. *Jac.* CONSTANTINAEI Subtil. Enodation. libri duo. Thef. Otton. T. IV. p. 481.
32. *Claudius* CHIFLETUS Tr. de substitutionibus. Thef. Otton. T. V. p. 678.
33. *Ej.* de Iure fideiussorum lib. IV. Thef. Otton. p. 770.
34. *Herm.* CANNEGIETER Comm. ad fragmenta veteris Iurisprudenciae. Franegu. 1765. 4.
35. *Ej.* Observation. iur. rom. libri quatuor. Lugd. Bat. 1772.
36. *Jo.* CANNEGIETERI Domitii Ulpiani Fragmenta libri singularis regularum. Traj. ad Rhen. 1768.
37. *Ej.* Collatio Legum Mosaicarum et Romanarum; cum notis. Ib. eod.
38. *Ej.* Disquisitio de notis et siglis. Ib. eod.
39. *Ej.* Observationum Miscellan. liber singular. Ib. eod.

40. *Jo. CORASII* Miscellaniorum libri sex.
Col. Agripp. 1581.
41. *Fr. Carol. CONRADI* Parergorum libri
IV. Helmst. 1740.
42. *Pet. COSTALII* Adversaria ad XXV li-
bros prior. Pandect. Colon. 1588.
43. *M. Augustini CAMPIANI* de Officio et
potestate magistratuum romanorum li-
bri duo. Genevae. 1725.
44. *Jani a COSTA* Praelectiones ad illustrio-
res quosdam titulos locaque selecta iu-
ris civ. edidit, notisque illustravit B.
Voorda. Lugd. Bat. 1773.
45. *Ej.* Comm. in Institutiones ex edit. v. d.
Water. Lugd. Bat. 1719.
46. *Ej.* Comm. s. Praelectiones ad Tit. Dig.
de Servitutibus. In Thef. Meermann.
Tom. I.
47. *Jac. CUIACII* Opera Omnia in decem
Tomos distributa. Neapoli 1758. X
Tomi.
48. *Eduard. CALDERAE* Variar. Lect. libri
quatuor. in Thef. Meerm. T. II.

49. *Jo. Lud. CONRADI* Reprehensorum in
Observat. super iure civ. singularis.
Lips. 1756.
50. *Ej.* Opuscula e iure civili. Vol. I. et II.
Bremæ. 1777.
51. *Pet. DUISSEMA* Conjectur. iur. civ. li-
bri duo. Gröning. 1714.
52. *Adr. van DORP* Observationes iur. civ.
Traj. ad Rhen. 1769.
53. *Ej.* ad loca quaedam iuris et alia Obser-
vationes. Franeg. 1760. in Thes. diff.
Oelrich.
54. *Hier. ELENI* Diatriborum libri tres.
Thes. Otton. T. II. p. 1393.
55. *Henr. ERNSTII* Variar. Observat. libri
duo. Thes. Ott. T. V. p. 1122.
56. *Christ. Henr. ECKHARDI* Hermeneuti-
cae iuris libri duo.
57. *Chr. Gottl. EINERTI* Observationes iur.
rom. Lips. 1772.
58. *Ej.* varia iuris civ. capita. Lips. 1773.

59. *Corn. van ECK* Comm. de septem damnatis legib. Pandect. Lugd. Bat. 1682.
60. *Marqu. FREHERI* παραρηγων f. Verifimilium libri duo in Thef. Ott. T. I. p. 860.
61. *Guil. FORNERII* Selectionum libri tres. in Thef. Ott. T. II. p. 2.
62. *Rad. FORNERII* Rerum quotidian. libri sex. Thef. Ott. T. II. p. 120.
63. *Val. Guil. FORSTERI* Observation. succifiv. libri duo. Thef. Otton. T. II. p. 897.
64. *Ej.* de Interpretatione iuris libri duo. Thef. Otton. T. II. p. 945.
65. *Pet. FABRI* Semestrium libri III. Lugdun. 1590. 1592. 1595.
66. *Ant. FABRI* Rationalia. Lugduni. 1659.
67. *Ej.* Conjecturarum iur. civ. libri XX. Lugd. 1661.
68. *Aemil. FERRETI* Opera. Francof. 1594.

69. *Ant. GOVEANI* Lectionum iur. var. libri duo.
70. *Ej.* Opera. Rotterdami. 1766.
71. *Franc. Marsii GORDONII* Praetermissor. iur. civ. liber. Thes. Ott. T. II. p. 826.
72. *Jac. GOTHOFREDI* Animadversion. iur. civ. liber. Thes. Otton. T. III. p. 258.
73. *Ej.* opera iuridicâ minora, cum praef. Trotzii. Lugd. Bat. 1733.
74. *Scip. GENTILIS* Parergor. ad Pand. libri II. Thes. Otton. T. IV. p. 1269.
75. *Ej.* Originum ad Pandect. lib. sing. in Thes. Otton. T. IV. p. 1351.
76. *Jani GRUTERI* Lampas s. Fax artium liberalium, hoc est, Thesaurus criticus. Francof. 1602—1607. VI tomi.
77. *Hug. GROTTII* Florum sparsio ad Ius Iustinian. Halae. 1729.

-
78. *Jo. Guil.* HOFFMANN Meletemata ad Pand. Frf. Viadr. 1735.
79. *Def.* HERALDI de Rerum iudicat. auctoritate libri duo. Thef. Ott. T. II. p. 1069.
80. *Ej.* Observationum et Emendat. liber. Thef. Ott. T. II. p. 1309.
81. *Ej.* Quaestionum quotidian. Tract. Parisiis 1650.
82. *Franc.* HOTOMANNI Quaestionum illustr. liber. apud Henr. Stephanum. 1573.
83. *Ej.* Opera ex edit. Lectii. anno 1599.
84. *Jo. Gottl.* HEINECCII Iurisprudentia Rom. et Attica. Lugd. B. 1738. II tomi.
85. *Ej.* ad Legem Iul. et Pap. Poppaeam Comm. Amstelaed. 1731.
86. *Nic.* HENELII Otium Wratislaviense. Ienae. 1658.
87. *Ulr.* HUBERI Eunomia Rom. Franequ. 1700.

88. *Ej.* Digressiones Iustinianae. Franequ.
1688.
89. *Car. Ferd.* HOMMELII Grammaticarum Observat. ius civ. illustrantium specimen. Lips. 1749.
90. *Sieg. Reich.* JAUCHII Meditat. crit. de negationibus in Pandect. Flor. Amsteld. 1728.
91. *S. H. van* IDSINGA Variorum Iur. civ. liber sing. Harlingae. 1738.
92. *Joa.* JENSII Stricturae Iur. rom. redintegratae. Rotterd. 1740.
93. *Pet. Paul.* JUSTI Spec. Observationum criticarum. Viennae. 1765.
94. Iurisprudentia antiqua curante Dan. Feltenbergio. Bernae. 1760. et 1761. II tomi.
95. *Ge. Casp.* KIRCHMAIERI Opuscula VI. de Latinitate Digestorum. Halae 1772.

96. *Giesb.* KOEN diff. ad loca Iuris et' alia depravata. Franequ. 1758. in Thef. diff. Oelr.
97. *Jo. Bern.* KOEHLERI Verifimilium Iur. civ. Specimen I. Götting. 1771.
98. *Ej.* Praetermissa ad Constitutionem ^{dedu-}
^{xit.} Regiom. 1781.
99. *Marci* LYKLAMAE a NYEHOLDT Membranarum libri septem. Leowardi. 1644.
100. *Elb.* LEONINI Emendationum s. Observationum libri septem. Arnhemii. 1610.
101. *Detlev.* LANGEBECK Novae annotationes. Thef. Otton. T. I. p. 537.
102. *Constantii* LANDI Exercitationes in ius civ. Thef. Otton. T. III. p. 1385.
103. *Ej.* Praetermissorum libellus. Thef. Ott. T. III. p. 1450.
104. *Ej.* LEUNCLAVIUS Notatorum libri II. Thef. Ott. T. III. p. 1474.

105. *Jo. MERCERIUS* Conciliator, cura B. H. Reinoldi. Duisburgi. 1712.
106. *Ej.* Opinionum et Observat. libri duo. Thef. Ott. p. 1549.
107. *Aegid. MENAGII* Iuris civ. amoenitates. Fr. et Lipsi. 1738.
108. *Jo. Guil. MARCKARTI* Probabilia receptarum lection. iur. civ. Traj. ad Rhen. 1737. 1738.
109. *Ej.* Interpretationum receptarum iur. civ. lectionum, libri duo. Traj. ad Rhen. 1747.
110. *M. Anton. MURETI* Observationum iur. lib. sing. Thef. Ott. T. IV. p. 129.
111. *Ej.* Comm. de Origine et Progressu iur. rom. Thef. Ott. T. IV. p. 145.
112. *Ej.* Comm. de Legibus, Senatusque Consultis et longa consuetudine. Thef. Ott. T. IV. p. 179.
113. *Ej.* Comm. in Titulos ad materiam Iurisdictionis. Thef. Ott. T. IV. p. 207.
114. *Greg. MAIANSII* ad XXX Ictorum fragmenta comm. Genev. 1764.

115. *Ej.* Disputationes iuris. Tomi II. Lugd. Bat. 1752.
116. *Laelii* MANCINI Disquisitionum genialium Centuriae III. Patavii. 1640.
117. *Em.* MERILLII ex Cuiacio libri tres. Paris. 1638.
118. *Ej.* Observationum libri duo. Par. 1638.
119. *Ej.* Observationum libri VIII. Viennae. 1761.
120. *Guil.* MARANI Opera omnia cum praef. Christ. Henr. Trotz. Traj. ad Rh. 1741.
121. *Chr. Frid. Ge.* MEISTERI Comm. de principio cognoscendi emblemata Triboniani. Goettingae. 1745.
122. *Herm.* NOORDKERK Observationum decas. Amstel. 1731.
123. *Jos.* NERII Analectorum libri duo. Thes. Ott. T. II. p. 321.
124. *Jo. van* NISPEN diff. ad Herenn. Modestinum lib. IX. different. Thes. diff. Oelrich.
125. *Ger.* NOODTHI Opera omnia. Col. Agripp. 1732.
- 126.

126. *Ev. OTTONIS* Iurisprudencia symbolica. Traj. ad Rhen. 1730.
127. *Cypr. Regneri* ab OOSTERGA Confura Belgica s. novae nota ad animadversiones quibus leges, quae in prioribus XXV lib. Pand. continentur, illustrantur. Ultraj. 1661. 4.
128. *Athanasii OTEYZA* et *OLANO* Parlipomenon et Electorum iur. civ. Tom. I. in Thes. Meerm. Tom. I. p. 373.
129. *Sam. PETITI* Observationum libri III. Parisiis. 1642.
130. *Jul. PACII* *Εναντιοφάσιον* centuriae decem. Lugduni. 1631.
131. *Guido. PANCIROLLI* Thesaurus variarum lectionum tres libri. Venet. 1611.
132. *Pet. PERRENONII* Animadversio-
um et var. lect. iur. civ. libri II. in Thes. Ott. T. I. p. 589.
133. *Pardulphi PRATEII* Iurisprud. mediae libri. IV. Thes. Ott. T. III. p. 504.
134. *J. L. E. PÜTTMANNI* Interpretationum et Observationum lib. singul. Lips. 1763.

135. *Ej.* Probabilium libri duo. Lips. 1768.
et 1773.
136. *Ej.* Adversariorum Iuris universi, liber
primus. Lips. 1775.
137. *Ej.* Conjecturarum Decas. Lips. 1763.
138. *Ej.* Varia iuris civilis capita. Lips. 1766.
139. *Ej.* Melelematum iuris civ. Specim. I.
Lips. 1771.
140. *Ej.* Prol. de coeca et illiberali sine arte
critica et humanioribus literis Irpdtia.
Lips. 1762.
141. *Guil.* PAUW Diff. ad varia iuris civ.
capita. in Thes diff. Oelrich. T. I.
142. *Pet.* PITHOEI Adversaria subcesiva in
Opp. Parisiis. 1609.
143. *A. A.* PAGENSTECHER Benedictorum
liber unus. Bremae. 1700.
144. *Jo. Alex. Guin.* PAGENSTECHER de
emendatione legum per transpositionem
verborum. Duisburgi. 1744.
145. *Fried.* PLATNERI Coniectura ad l. 69.
D. pro Socio. Lips. 1759.

146. *Christ. Fried.* PRANGEN Iurispruden-
tia criticae Specimen. Kiliae. 1719.
147. *Jo. Reinh.* ROBIGII Codex criticus li-
bri XII. Lemgoviae. 1617.
148. *Franc.* RYGERBOS Observationum iu-
ris romani fasciculus. Amstel. 1743.
149. *Jo.* ROBERTI Animadversionum libri
tres, cum controversiis Iac. Cuiacii.
Marb. 1604.
150. *Guil.* RANCHINI Variarum lectionum
libri tres. In Schminckii Syntagm. criti-
co varior. auctor. Marburgi. 1717.
151. *Jof. Fernandez de* RETES Comm. ad
Tit. D. de Interdictis et releg. Thes. Ot-
ton. T. V. p. 1190.
152. *Jac.* RAEVARDI Variorum s. de iuris
ambiguitatibus libri quinque.
153. *Ej.* Protribunalium liber singul. Fran-
cof. 1601.
154. *Chrph.* RICCII Vindiciae Iuris, Thes.
Otton. T. II. p. 737.
155. *Gilb.* REGII Εναντιοφασών libri duo, Thes.
Otton. T. II. p. 1473.

156. *Jo. Conr. RÜCKERI* diff. de civili et naturali temporis computatione in iure, nec non Observationes et Interpretationes. Lugd. Bat. 1749.
157. *Ej.* Interpretationum liber IIdus. Lugd. Bat. 1752.
158. *Bernh. Henr. REINOLDI* opuscula iuridica. Lugd. B. 1755.
159. *Matth. RÖPERI* Spec. ad loca quaedam iur. civ. depravata. Lugd. B. 1739. In Thef. diff. Oelrich.
160. *Arnoldi ROTGERSII* apodicticae demonstrationes. Lugd. Bat. 1727.
161. *Jo. STECKII* Observationes anticriticae iuris s. vindicationes legum a corruptelis criticorum, Thef. Otton. T. I. p. 500.
162. *Henr. a SVERIN* Repetitarum lectionum iur. civ. liber. Thef. Ott. T. IV. p. 4.
163. *Gerh. SCHRODERI* Observation. iur. civ. libri IV. Harderovici. 1755.
164. *Jo. Godofr. SAMMET* Opuscula varii argumenti. Lips. 1763.

165. *Ant. SCHULTINGII* Iurisprudentia vet.
Antejustin. Lips. 1737.
166. *Joh. SUAREZ* de MENDOZA Comm.
ad L. Aquiliam. Thes. Meerm. T. II.
167. *Adr. TURNEBI* Adversariorum libri
XXX. Aureliopoli. 1604.
168. *Pet. de TOULLIEU* Collectanea. Grœ-
ningae. 1736.
169. *Chr. Henr. TROTZII* de memoria pro-
pagata. Traj. ad Rhen. 1734.
170. *Gabrielis. VALLII* ad l. 29. D. de lib.
et posth. Thes. Ott. T. I. p. 398.
171. *Ludov. VITALIS* Lectionum variarum
iur. civ. libri duo. Thes. Ott. T. II. p. 613.
172. *Jac. VOORDA* ad Leg. Falcidiam Com-
mentarius. Harlingae. 1730.
173. *Ej.* Interpretationes et Emendat. iur.
romani. Traj. ad Rhen. 1768.
174. *Corn. Val. VONCK* Spec. critic. in va-
rios auctores, accedunt Observaciones
miscellaneae. Traj. ad Rhen. 1744.
175. *H. G. van VRYHOFF* Observaciones
iur. civ. Amstd. 1747.

176. *H. G. van VRYHOFF* diff. inaug. ad l. 6. §. 5. D. de. div. rer. et. l. 16. §. 8. D. de poenis et l. 236. D. de V. S. Amstel. 1735.
177. *Abrah. WIELINGII* Lectionum Iur. Civ. libri duo. Amstd. 1736.
178. *Joa. van de WATER* Observationum Iur. rom. libri tres. Traj. Bat. 1723.
179. *Bernh. WALTHERI* Miscellaneorum ad ius pertinentium libri duo. Coloniae Agripp. 1596.
180. *Christfr. WAECHTLERI* Opuscula iuridico-philologica. Traj. ad Rhen. 1733.
181. *Joa. WOLBERS* Observationum decas. Groening. 1736.
182. *Joh. Carol. von WACHENDORFF* dissertationum trias. Traj. ad Rhen. 1730.
183. *Jo. Ortw. WESTENBERGII* Divus Marcus in Opp. Hanov. et Brem. 1758. T. III.
184. *Jo. Jac. WISSENBACHII* Exercitatt. ad L. Pandectarum libros partes duae. Franequ. 1661.

185. *Ej.* Emblemata Triboniani et Jo. Wybo
Tribonianus ab Emblematibus Wissen-
bachii liberatus. Halae. 1736.
386. *Franc.* ZOANETTI Restitutionum ad
libros L. Digestorum. lib. sing. in Thes.
Otton. T. IV. p. 641.

Restant ex magno meo, et, uti certissimo
credo, absolutissimo indice adhuc sexaginta
et quinque scriptores, quorum inspiciendo-
rum nondum mihi fuit copia; sed erit quo-
vis modo.

Velitis iubeatis, Commilitones, uti nihil
quacunq; ex parte hic codex detrimenti
capiat, et ita in sententiam itote. — Mi-
taviae scribebam ante nundinas lipsienses.
MDCCLXXXIII.


177. A. Englemann, Thibonani et Jo. W. ...
Thibonani ab Englemannus Willen ...
188. Frater Kovari et Rationonum ...
Hagel, Thibonani ab Englemann ...
Orem. T. IV. p. 41.

Erratum Typothecae :

pag 16. lin. 13. pro *si fio* ; lege *si fia* ;

Valis idemque Commissionis, ut nihil
curantur ex parte his eorum dantur
capit, et in in tantum non. — M.
vatis typothecae ante nundinas hinc.

MDCCLXXVII



710




Kb 2225

ULB Halle
004 917 537

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

1

DICEM CRITICUM NDECTARUM

INDICIT

GNES MELCHIOR GOTTLIEB BESEKE,
PHIL. D. JURIUM PROFESSOR IN ACADEMIA
IENSI, REG. SOC. VIADR. NEC NON LATINAE
IENENSIS SODALIS.



BEROLINI,

COMMISSIS SIGM. FRIDER. HESSII.

2225

Handwritten text in cursive script, likely a library or collection mark.

